PROPER of the MASS

ST ANTHONY MARY CLARET

October 23

Psalm 131: 9-10; 131: 1.

INTROIT

SACERDÓTES tui Dómine, índuant justítiam, et sancti tui exsúltent: propter David servum tuum, non avértas fáciem Christi Tui. *Ps.* Memento, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. Gloria Patri.

Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy Saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thine anointed. *Ps.* O Lord, remember David and all his meekness. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, qui beatum Antonium Mariam, Confessorem tuum atque Pontificem, apostolicis virtutibus sublimasti, et per eum novas in Ecclesia clericorum et virginum familias collegisti: concede, quæsumus; ut, ejus dirigentibus monitis ac suffraganitibus meritis, animarum salutem quærere jugiter studeamus. Per Dominum.

O God, with the virtues of an apostle Thou didst exalt blessed Anthony Mary, and through him build in Thy Church new religious congregations of men and women: grant, we pray, that led by his counsels and helped by his prayers, we may unremittingly work for the salvation of souls. Through our Lord.

Hebrews 7: 23-27

EPISTLE

FRATRES: Plures facti sunt sacerdótes, idcírco quod morte prohiberéntur permanére: Jesus autem eo quod máneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdótium. Unde et salváre in perpétuum potest accedéntes per semetípsum ad Deum: semper vivens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat ut nobis esset póntifex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excélsior cœlis factus: qui non habet necessitátem quotidie, quemádmodum sacerdótes, prius pro suis delíctis hóstias offérre, deínde pro pópuli: hoc enim fecit semel, seípsum offeréndo, Jesus Christus Dóminus noster.

Brethren, there were made many priests, because by reason of death they were not suffered to continue: but Jesus, for that He continueth forever, hath an everlasting priesthood. Whereby He is able also to save forever them that come to God by Him; always living to make intercession for us. For it was fitting that we should have such a high priest, holy, innocent, and undefiled, separated from sinners, and made higher than the heavens; Who needeth not daily, as the other priests, to offer sacrifice first for His own sins, and then for the people's; for this Jesus Christ our Lord did once, in offering Himself.

Psalm 131: 16-17

GRADUAL

SACERDÓTES ejus induam salutári: et sancti ejus exsultatióne exsultábunt. Illuc prodúcam cornu David; parávi lucérnam Christo meo.

I will clothe her priests with salvation: and her saints shall rejoice with exceeding great joy. There will I bring forth a horn to David; I have prepared a lamp for my anointed.

Psalm 109: 4

ALLELUIA

ALLELÚIA, allelúia. Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órdinem Melchísedech. Allelúia.

Alleluia, alleluia. The Lord hath sworn, and He will not repent: Thou art a priest for ever according to the order of Melchisedech. Alleluia.

Matthew 24: 42-47

GOSPEL

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia qua nescitis hora, Filius hominis venturus est. Quis, putas, est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem, cum veneriti dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.

At that time, Jesus said to His disciples: Watch, because you know not what hour your Lord will come. But this know ye, that, if the goodman of the house knew at what hour the thief would come, he would certainly watch, and would not suffer his house to be broken open. Wherefore be you also ready: because at what hour you know not the Son of man will come. Who, thinkest thou, is a faithful and wise servant, whom his lord hath appointed over his family, to give them meat in season? Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

Psalm 88: 25

OFFERTORY

VERITAS mea, et misericordiam mea cum ipso: et in nomine meo, exaltibitur cornu ejus.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

SECRET

SANCTI Antonius Maria, Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus, Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut, per hæc piæ placationis officia, et illum beata retributio comitetur, et nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

May this annual feast of Saint Anthony Mary, Thy Confessor and Bishop, make us in Thy kindness acceptable to Thee, O Lord: and may this present rite duly appease Thee, bring happy recompense to him, and assure gifts of Thy grace to us. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

Matthew 24: 46-47

COMMUNION

BEATUS servus, quem, eum venerit dominus, invenerit vigilantem: Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Blessed is that servant, whom when his lord cometh he shall find watching: Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

POSTCOMMUNION

DEUS, fidelium remunerator animarum præsta; ut beati Antonius Mariæ, Confessoris tui atque Pontificis, cujus venerandam celebramus festitatem, precibus indulgentiam consequamus. Per Dominum.

O God, the rewarder of faithful souls, grant that by the prayers of blessed Anthony Mary, Thy Confessor and Bishop, whose venerable feast we celebrate, we may obtain pardon. Through our Lord.